



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XCII. Der Papst Clemens VI. beauftragt den Bischof von Brandenburg, nachzuforschen, ob das Kloster Leitzkau Antheil zu haben pflege an der Wahl des Bischofs, im Jahre 1265.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Stargezere nuncupatam vendidimus cum lignis, aquis, piscationibus, pascuis, pratis, terris cultis pariter et incultis, ea libertate, emunitate eoque jure, quo ceteras villas ecclesie sue tenent, in perpetuum possidendam, promittentes cum nostris heredibus, quod ab omni impetitione eorum omnium, qui sibi in predicta villa aliquid juris addicunt, et ex nomine ab impetitione domini Johannis de Plote suorumque heredum et Henrici Trest militis ac suorum heredum, si quando impetiti fuerint prepositus et conventus predicti vel qui pro tempore fuerint in ecclesia Brandeburgensi, postquam nos vel nostri heredes ad hoc fuerimus interpellati, ipsos cum omni promptitudine absolvemus. Si vero super proprietate ville ejusdem questionem ipsis moveri contigerit a quocunque, sub eadem promissione nos nostrosque heredes astringimus, quod de proprietate ipsos warendabimus cum effectu. Ut autem hec inconvulsa perpetuo perseverent, presentem paginam sigillo nostro et sigillo Johannis, filii nostri senioris, similiter et Ottonis, filii nostri, qui propter nominis similitudinem nostro sigillo utitur, Alberto et Ottone, reliquis filiis nostris, adhuc sigilla non habentibus, non eo minus tamen factum approbantibus, fecimus communiri. Acta sunt hec in presentia venerabilis patris, domini Henrici Brandeburgensis episcopi, sigillum suum etiam hiis apicibus in firmitatis testimonium apponentis, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, XV. Kalendas Decembris. Hujus rei testes sunt: venerabilis pater, predictus dominus Henricus Brandeburgensis episcopus, magister Petrus de Stanesdorp, clerici, Johannes de Rochove, Woltherus de Ponte, Henricus de Thene, milites, et alii quam plures clerici et laici. Datum Brandeburch, (per manum Johannis nostri notarii) anno et mense predictis, feliciter. Amen. (indictione VII)

Nach dem Originale. Von dieser Urkunde sind zwei Originale: ein kürzeres im Domarchive zu Brandenburg: ein ausführlicheres, wornach Gercken's Abdruck genommen ist, befindet sich, nach einer Marginalbemerkung in dem Copialbuche, im Archive zu Pößin.

XCII. Der Papst Clemens VI. beauftragt den Bischof von Brandenburg, nachzuforschen, ob das Kloster Leitzkau Antheil zu haben pflege an der Wahl des Bischofs, im Jahre 1265.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Brandeburgensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii, prepositus et capitulum Brandeburgensis ecclesie, nobis significare curarunt, quod prepositus et capitulum ecclesie Lycekenfis, Brandeburgensis diocesis, falso asserentes, se in electione pontificis Brandeburgensis ecclesie jus habere, cum ecclesiam ipsam Brandeburgensem pontifice vacare contingerit, ad electionem se admitti petentes predictos prepositum et capitulum Brandeburgensem super hoc multipliciter inquietant, quamquam nullum eis super hoc jus competat de consuetudine vel de jure; unde dicti prepositus et capitulum Brandeburgense nobis humiliter supplicarunt, ut eis super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari; testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Perusii, V. Kal. Octobr., pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale. Das Siegel fehlt, und die Zeit der Ausfertigung dieser Urkunde kann daher nur willkürlich bestimmt werden. Gercken, Stiftsbist. S. 472 schreibt dieselbe Clemens IV. zu und setzt dieselbe in das Jahr 1265. Möglicher Weise ist zu seiner Zeit die päpstliche Bulle des Siegels noch nicht beraubt gewesen.